

I. DRVSII *Turosi damnati*  
HENOC H *germanus.*  
*hoc est purga-*  
*tione*  
SIVE

# De patriarcha Henoch,

ejusque raptu & libro e quo Iudas  
Apostolus testimonium profert:  
ubi & de libris in Scriptura  
memoratis, qui nunc  
interciderunt.



FRANEKERÆ,

---

Excudebat FREDERICUS HEYNSIUS,  
typographus. Anno 1615.

*Generoso & doctissimo humanissimoque viro,*

D. GVLIELMO LANGTON

*doctori theologo & praesidi collegij*

*Magdalenensis.*



ENOCH<sup>us</sup> meus, gene-  
rose Domine, cum diu  
in tenebris delitisset,  
tandem lucem aspicere  
voluit sub tui nominis  
patrocinio. Multa eum  
ad hoc impulerunt. Primum humanitas  
tua quam exhibuisti filio meo Iohanni  
cum una tecum in Angliam proficiscere-  
tur; quam plenis buccis depraedicaŕe mihi  
solitus est, dum adhuc viveret. Deinde be-  
nignitas quam exercuisti erga Sixtinum  
Ammamam Frisium amanuensem ali-  
quando meum, qui hoc nomine multum  
tibi debet, & ego quoque me tibi devin-  
ctum esse agnosco, cujus commendatio-  
ne ad tantam felicitatem pervenit. Acce-  
dit

\* \* 2 \*

dit

I. DRVSII  
HENOCH.

C A P. I.

*Henoch aspirate scribendum. Hodie Hanoch in codicibus Ebraicis.  
Quid de utraque lectione sentiendum.*



ICTURUS nunc sum de patriarcha Henoch, de quo aliqua quædam consideranda. Nam & liber est ejus nominis, e quo Iudas apostolus testimonium produxit. Ante omnia videndum quæ sit ejus nominis vera scriptura, quam ex codicibus Ebraicis ~~scribitur~~ ubi ~~scribitur~~ scriptum cum aspiratione duplici, quam vocant H, Heith. Quæ cum destituantur Latini & Græci, ideo simplici usi sumus. Unde & illud sequitur in nominibus Ebraicis geminam aspirationem esse. Vna quæ vocatur simpliciter He: altera quæ dicitur H, Heith, quam sæpicule per X Græcum expresserunt. Id alias probavi: nunc observo in codicibus Ebraicorum esse Hanoch, prima correpta per a raptum, quod Hateph phathach appellant. Sed veteres videntur mihi legisse pro eo Hateph segol, hoc est e brevissima seu brevius brevi. Non enim certe Hanoch est in eorum libris, sed Henoch:

A

unde